

contestatur litem, admittitur altero totaliter excluso; nisi adjectum fuerit, quod non sit melior conditio occupantis: quo casu altero non prosequente, nec alium substituente, reliquas admittatur. Hoc dicit.

Procurator datus insoludum, qui occupaverat negotium, ex impedimento exclusus, non reassumit, nisi altero impedito. Hoc dicit. Dominicus.

§. 1. Ceterum ubi nullo substituto, alter suscipit negotium postquam: is, qui occupavit primitus, ipsum relinere postea impedimento cessante nequit; nisi forsam illum contingeret impediri.

In causis spiritualibus ex duobus Procuratoribus simul simpliciter datus Judex eligit magis idoneum, qui solus prosequi poterit, nec alius admittitur, nisi primo legitime excluso. Hoc dicit. Dominicus.

§. 2. Sanè in electionum, postulationum, provisionum, & aliorum spiritualium negotiorum causis (cum talia Clericorum expeditionem exigere dimittantur) volumus specialiter observari, ut si plures Procuratores simul in eis fuerint non insoludum deputati: Judex (ne propter eorum concursum negotia eadem intricari contingat, habeatque eligere valeat: & ille solummodo prosequatur, habeatque quicquid cum illo factum fuerit, plenam roboris firmitatem: nec ad prosequendum alius admittatur postmodum, nisi prout eum, qui non occupat negotium, censuimus post occupationem factam ab alio superius admittendum.

VII. IDEM. [c. an. 1299. Roma.] Procurator, qui renuit acceptare mandatum, penitere potest, quandiu constitutus in eadem perseveraverit voluntate.

Licet p is, qui Procurator constituitur ab absente, dixerit presentatum sibi suscipere nolle mandatum: hoc tamen nequaquam obstante, quandiu constitutus in eadem periterit voluntate, ipsum acceptare poterit, & quocumque placebit.

VIII. IDEM. [c. an. 1299. Roma.] Dominus dans Procuratorem, quoties contingit eum abesse, causam tractando Procuratorem non intelligitur revocare: secus si simpliciter, nisi expresse protestetur, quod ipsum revocare non intendit: vel alias hoc appareat ex probabilibus conjecturis. Joan. And.

Si quem sub ea forma, quoties te abesse contigerit, constitueris Procurator ad causam; non ideo (licet tractes eam postmodum per teipsum) Procurator eipsum dinoveris revocare: quin imò Procurator idem Procuratoris assumet officium quocumque te contigerit absentare. Secus si simpliciter a te fuerit constitutus: tunc enim sine ante litem contestatam, si post ad causam ipsam venias, non ut ipsi Procuratori assistas, sed ut causam tractes eandem, tractando ipsam eum revocare censuris: nisi dicas expresse, quod ipsum vis in officio Procuratoris, hoc non obstante, manere; vel nisi, quod non animo revocandi hoc facias, ex aliquibus appareat conjecturis, ut si forsam aliquis imminet articulus, in quo tu melius nosti veritatem; aut si sit Procurator ipse infirmus, vel forsitan te absentet, seu quicquid aliud accidat propter quod ipsi causa tua sit presentia opportuna.

IX. IDEM. [c. an. 1299. Roma.] Tria dicit. Primo, quod Procurator ad contrahendum matrimonium debet habere speciale mandatum. Secundo, quod talis Procurator non substituit, nisi ad hoc mandatum habeat. Tertio, quod si talis Procurator revocatus etiam ignoranter contrahit, non tenet matrimonium. Joan. And.

Procurator non aliter censetur idoneus ad matrimonium contrahendum, quam si ad hoc mandatum habuerit speciale. Et quamvis alias is, qui constituitur ad negotia Procurator, alium dare possit: in hoc tamen casu (propter magnum quod ex facto tam arduo possit periculum imminere, non poterit deputare alium, nisi hoc eidem specialiter sit commissum. Sanè si Procurator antequam contraxerit, a domino fuerit revocatus; contractum postmodum matrimonium ab eodem (licet tam ipse, quam ea, cum qua contraxit, revocationem hujusmodi penitus ignorarent,) nullius momenti existit, cum illius contentus desererit, sine quo firmitatem habere nequit.

DE IIS QUÆ VI METUSVE CAUSA FIUNT.

TITULUS XX.

I. GREGORIUS X. in Concilio Generali Lugdunenfi. [an. 1273. in Gallia.]

Excommunicationis, suspensionis, vel interdicti absolutio, vel revocatio per vim extorta, non tenet: & extorquens excommunicatus est ipso jure. Joan. And.

ABSOLUTIONIS beneficium, ab excommunicationis sententia, vel quacumque revocationem ipsius, aut suspensionis, seu etiam interdicti per vim vel metum extorta; presentis Constitutionis auctoritate omnino viribus vacuumus. Ne autem sine vindicta violentie crescat audacia; eos, qui absolutionem, seu revocationem hujusmodi vi vel metu extorserint, excommunicationis sententiæ decernimus subjacere.

DE RESTITUTIONE IN INTEGRUM.

TITULUS XXI.

I. GREGORIUS IX. [c. an. 1236. Roma.]

Ecclesia post quadriennium non admittitur ad petendum restitutionem contra sententiam vel contractum; nisi rationabilis aliqua causa hoc suadeat. Joan. And.

ECCLESIA, quæ ad retractandam sententiam, vel contractum, per beneficium restitutionis in integrum, postulat se admitti; si quadriennii spatium post sit lapsum, & negligenter omiserit: non est ad beneficium hujusmodi admittenda; nisi pravaricationis, vel fraudis manifesta probetur super hoc intervenisse commentum; aut alia rationabilis causa subit, quæ Superiorem movere debeat ad idem beneficium concedendum.

II. BONIFACIUS VIII. [c. an. 1299. Roma.]

Ecclesia contra confessionem, quæ lesa fuit, admittitur intra quadriennium, per beneficium restitutionis in integrum: postea non, nisi per vim etiam juris communis. Joan. And.

Si adversus confessionem in judicio a se factam, lesa Ecclesia beneficium restitutionis in integrum, intra quadriennium ab ipsius confessionis tempore computandum, petere negligenter omittat: non est (nisi aliquid rationabile appareat, quod aliud fuerit faciendum (ad hoc petendum ulterius admittenda. Ubi vero per vim communem revocationis erroris, quem in facto pretendit, vult adversus suam confessionem Ecclesia se juvare: hoc quocumque poterit, donec negotium sit finitum.

DE ARBITRIS.

TITULUS XXII.

I. BONIFACIUS VIII. [c. an. 1299. Roma.]

Si ex tribus Arbitris duo concordant in summa, tenet illorum sententia: si omnes discordant, tenet sententia de summa minori.

Si ex tribus Arbitris te duo in decem, & tertius in quinque condemnent, debet sententia prevalere duorum. Licet cum unus in xv. alius in x. tertius vero in quinque pronunciant, illius, qui dixit de summa minori (cum in illa omnes concordantes existant) sententia efficax censetur.

II. IDEM. [c. an. 1299. Roma.]

Si ex tribus Arbitris unus nolit examinandum vel definiendum negotio interesse, duo procedere poterunt, ac si ille presentem esset. Circa Judices autem antiqua jura servantur. Joannes Andreas.

UT quæstionibus (quæ plerumque propter Arbitrorum voluntariam seu malitiosam absentiam remanent indecisæ) finis celerius imponatur: Statuimus, ut si ex tribus Arbitris a Partibus electis, eorum aliquis ab aliis legitime requisitus ad examinandum vel definiendum unam cum eis negotium, super quo in ipsos extitit compromissum, non curaverit (cessante impedimento legitimo) convenire: duo presentes, penes quos (licet lex civilis aliud innuere videatur) totalem eo casu remanere decernimus potestatem, possint, malitiosa vel voluntaria illius absentia non obstante, dictum examinare negotium, & libere definire, sicut possent, illo præsentem, nec volente cum eis in unam sententiam concordare: ut sic ipsius absentia presentia repleta divina, cum reputari faciat pro presente. Circa Judices verò antiqua jura nolumus immutari.

SEXTI DECRETALIU LIBER SECUNDUS.

DE JUDICIIS.

TITULUS PRIMUS.

I. INNOCENTIUS IV. in Generali Concilio Lugdunenfi. [an. 1245. in Gallia.]

Judex delegatus non habens ad hoc speciale mandatum à Papa, non potest compellere partem, ut personaliter coram eo compareat: nisi ex rationabili causa. Joan. And.

JURIS esse ambiguum non videtur, Judicem delegatum, (qui à Sede Apostolica mandatum ad hoc non receperit speciale, jubere non posse alterutram partem coram se personaliter in judicio comparere. Nisi causa fuerit criminalis, vel nisi pro veritate dicenda, vel pro juramento calumnias faciendo, vel aliis juri necessitas partes coram eo exegerit personaliter presentari.

II. BONIFACIUS VIII. [c. an. 1298. Roma.]

Mulieres personaliter ad judicium, quocumque causa in jure non expressa, invito trabende non sunt: sed si necessarium sit ipsarum testimonium, in causa Judex expensis producentis interdum ibit, interdum mittit, & Judex fraudulenter vadens, excommunicatus est. Mulieres Religiosæ etiam volentes, extra Monasterium suum ex aliqua causa personaliter ad judicium trahi non possunt: quod contra prædicta fit, est irritum. Joan. And.

Mulieres, quas vagari non convenit, nec virorum coetibus immisceari, auctoritate literarum Sedis Apostolicæ, vel Legatorum ipsius, aut alia quacumque ad judicium personaliter evocari, vel trahi invitata causa ferendi testimonium, aut alia quolibet, quæ in jure non exprimitur, prohibemus. Sed cum necessarium fuerit testimonium earumdem: Judex, in expensis partis producentis eadem, tabellionem aut aliam personam idoneam, ad eas transmittat: vel si forte talis casus occurrerit, quo jure prohibente, receptio testium alteri committi non possit: Judex tunc propter hoc personaliter ad illas accedat, aut (si talis sit persone judicantis conditio, quod id per ipsum non deceat fieri, vel non possit) mittat ad eas, pro viso, quod casus hujusmodi (videlicet ut Judex vadat personaliter) non fingatur: nec fraus interveniat in hac parte. Alioquin factor hujusmodi vel fraudator, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.

§. 1. Ceterum foemina Religiosæ, præsertim, quæ debent sub clausura morari, extra suum Monasterium vel claustrum non vocentur ad judicium, vel trahantur ex quavis causa personaliter: etiam si ad hoc voluntas accederet earumdem. Decernimus quoque, ut ipso jure sit irritum & inane, si quid contra præmissa contingerit attentari.

III. IDEM. [c. an. 1298. Roma.]

Major xiv. annis, per se & per Procuratorem, potest agere & defendere causam spirituales: Minor xiv. per se non agit, sed per Procuratorem, vel per Curatorem datum auctoritate Ordinarii Ecclesiastici Judicis: & etiam delegati dati ad causas illas. Filius familiaris sine patris assensu agit causam spirituales. Hoc dicit. Joan. And.

§. 2. Ceterum foemina Religiosæ, præsertim, quæ debent sub clausura morari, extra suum Monasterium vel claustrum non vocentur ad judicium, vel trahantur ex quavis causa personaliter: etiam si ad hoc voluntas accederet earumdem. Decernimus quoque, ut ipso jure sit irritum & inane, si quid contra præmissa contingerit attentari.

§. 3. Contrahentes verò aliarum Diocesium, super contractibus in eis in Remensi Diocesi ab eisdem, nisi inveniantur ibidem, trahere coram se non debent invitati: licet in possessionem bonorum, quæ ibi habent, etiam cum alibi copiam sui faciunt, si eorum auctoritate citati compelli non possint. Si citati nolint comparere: vel malitiosè se occultant, ne citentur: in bonis ipsorum sua Diocesis potest missionem facere, vel in alia decernere per Ordinarios faciendam. Hoc dicit.

§. 4. Nec Clericos suos mittant ad Suffraganeorum ipsorum Dioceses, pro inveniendis vel recognoscendis contractibus coram ipsis. Nec eorundem Suffraganeorum subditos compellant coram se occasione hujusmodi juri stare. Neque potest Archiepiscopus ipse in suorum Suffraganeorum Officialibus & subditos (pro eo quod vocati ab ipso, nolunt querelantibus in sua presentia respondere) Ecclesiasticam exercere censuram.

§. 1. Ceterum foemina Religiosæ, præsertim, quæ debent sub clausura morari, extra suum Monasterium vel claustrum non vocentur ad judicium, vel trahantur ex quavis causa personaliter: etiam si ad hoc voluntas accederet earumdem. Decernimus quoque, ut ipso jure sit irritum & inane, si quid contra præmissa contingerit attentari.

§. 2. Ceterum foemina Religiosæ, præsertim, quæ debent sub clausura morari, extra suum Monasterium vel claustrum non vocentur ad judicium, vel trahantur ex quavis causa personaliter: etiam si ad hoc voluntas accederet earumdem. Decernimus quoque, ut ipso jure sit irritum & inane, si quid contra præmissa contingerit attentari.

§. 3. Contrahentes verò aliarum Diocesium, super contractibus in eis in Remensi Diocesi ab eisdem, nisi inveniantur ibidem, trahere coram se non debent invitati: licet in possessionem bonorum, quæ ibi habent, etiam cum alibi copiam sui faciunt, si eorum auctoritate citati compelli non possint. Si citati nolint comparere: vel malitiosè se occultant, ne citentur: in bonis ipsorum sua Diocesis potest missionem facere, vel in alia decernere per Ordinarios faciendam. Hoc dicit.

§. 4. Nec Clericos suos mittant ad Suffraganeorum ipsorum Dioceses, pro inveniendis vel recognoscendis contractibus coram ipsis. Nec eorundem Suffraganeorum subditos compellant coram se occasione hujusmodi juri stare. Neque potest Archiepiscopus ipse in suorum Suffraganeorum Officialibus & subditos (pro eo quod vocati ab ipso, nolunt querelantibus in sua presentia respondere) Ecclesiasticam exercere censuram.

SEXTI DECRETALIU LIBER SECUNDUS.

DE FORO COMPETENTI.

TITULUS II.

I. INNOCENTIUS IV. [c. an. 1250. In quodam manuscripto tribuitur Innoc. III.]

Archiepiscopus omisso appellationis articulo, vel per eam querela, de causa subditorum Suffraganeis, etiam ipsis consentientibus, non cognoscit. Hoc dicit usque ad §. Neque.

ROMANA Ecclesia: Et infra. Nec appellationis articulo prætermisso: nec alias etiam, cum minime appellatum extiterit, Remen. Archiepiscopus vel ejus officialis, de causis Clericorum tanquam Judices, licet in aliis Officialibus Clerici de facto consentiant, absque Diocesis officialium suorum voluntate cognoscant.

Archiepiscopus subditos Suffraganei non potest compellere causas delegatas ab eo suscipere, suas sententias, & præcepta exequi, vel testimonia in causis ad eos devolutis ferre: nisi consuetudo aliud disponat. Hoc dicit. Dominicus.

§. 1. Neque Suffraganeorum Remensis Ecclesiæ subditos ipsorum delegationem suscipere: vel sententias & præcepta exequi: aut in causis per appellationem devolutis ad eos, testimonium, nisi aliud in his tribus de consuetudine obtineant, perhibere compellant.

Archiepiscopus contra Officialia, vel Prælatos Suffraganeorum, consuetudine aliud non disponente, & contra subditos ipsorum, pro salarii Advocatorum, & Procuratorum causarum fori Archiepiscopi, Judex competens non est. Hoc dicit.

§. 2. Nec etiam Suffraganeorum ipsorum Officialia, aut Archidiaconos, Archipresbyteros, & alios inferiores Prælatos, Suffraganeis eisdem subjectos (dummodo aliud eis contraria consuetudo non tribuat) nec Subditos Suffraganeorum ipsorum, super salarii Advocatorum, & Procuratorum, in causis, quæ in Remen. veniantur Curia, cogant querelantibus in sua presentia respondere.

Archiepiscopus non compellit invidios contrahentes aliarum Diocesium, in sua propria coram se respondere: nisi ibi inveniantur. Sed si citati nolint comparere: vel malitiosè se occultant, ne citentur: in bonis ipsorum sua Diocesis potest missionem facere, vel in alia decernere per Ordinarios faciendam. Hoc dicit.

§. 3. Contrahentes verò aliarum Diocesium, super contractibus in eis in Remensi Diocesi ab eisdem, nisi inveniantur ibidem, trahere coram se non debent invitati: licet in possessionem bonorum, quæ ibi habent, etiam cum alibi copiam sui faciunt, si eorum auctoritate citati compelli non possint. Si citati nolint comparere: vel malitiosè se occultant, ne citentur: in bonis ipsorum sua Diocesis potest missionem facere, vel in alia decernere per Ordinarios faciendam. Hoc dicit.

Non potest Archiepiscopus suos Clericos mittere in Diocesium Suffraganeis, ut coram eis fiant contractus, vel juri facti approbentur. Nec si facti vel approbati fuerint coram illis, possunt Suffraganeorum subditos coram se compellere litigare super illis: nec excommunicare Suffraganeorum Officialia vel subditos, si nolunt litigare coram ipso. Hoc dicit ad finem, secundum Dominicum.

§. 4. Nec Clericos suos mittant ad Suffraganeorum ipsorum Dioceses, pro inveniendis vel recognoscendis contractibus coram ipsis. Nec eorundem Suffraganeorum subditos compellant coram se occasione hujusmodi juri stare. Neque potest Archiepiscopus ipse in suorum Suffraganeorum Officialibus & subditos (pro eo quod vocati ab ipso, nolunt querelantibus in sua presentia respondere) Ecclesiasticam exercere censuram.

II. BONIFACIUS VIII. [c. an. 1298. Roma.]

Judex secularis, qui vult Clericum compellere ad debita, etiam liquida, solvenda, per Ecclesiasticum Judicem desistere compellatur. Joan. And.